


John Carter Brown.

BOUND BY HAYDAY.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO GEOGRAPHICA

De

TERRA AUSTRALI,

Quam

PRÆSIDE

VIRO

EXCELLENTISSIMO ET PRÆCLARISSIMO

DN. JULIO REICHELT,

Mathem. Profeſſore Publ. Celeberrimo, Patrono & Præceptore ſuo ætatem colendo,

Publico examini ſubmittet

MICHAEL Schuſter/ Memminga-Suevus.

Die Martii, h. lq; conſuetis.

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS PASTORII,

ANNO M. DC. LXIX.

3

VIRORUM

Magnifici, Nobiliſſimorum, Ampliſſimorum, Prudentiſſimorum, Conſultiſſimorum,

DN. EITEL SIGISMUNDI Lupin/ }
DN. CASPARI Koch/ } Patriæ Procerum.
DN. MATTHÆI Hartlieb/ }
DN. JOHANNIS Wachter/Prætoris.
DN. JOH. JACOBI Koch/ }
DN. WILHELMI Zoller/ } à Secretioribus Conſiliis.

Tum

Admodum Reverendi, Nobiliſſimorum, Excellentiſſ. Experientiſſ. Reverendâ Dignitate, Eruditionis Claritate, Pietatis Sanctimoniâ longè famigeratiſſimorum,

DN. M. BARTHOLOMÆI Reichhart / Eccleſiæ Memmingenſis Superattendentis: Miniſterij Antiſtitis; Teſtis mei Baptiſmatis, &c.

DN. CHRISTOPHORI Schorer/Phil. & Med. Doctoris Sereniſſ. Principis Montisbelgard. Conſiliarii : multorum Magnatum Archiatri, Mathematici, Patroni mei Magni.

DN. JOH. JACOBI Schuſtern/ Phil. & Med. Doctoris Phyſici in Patria Ord. Practici feliciſſ. Patruelis.

DN. M. MICHAELIS Schuſtern/P.L.C. Paſtoris in Haupersbronn Patruelis.

DN. GEORGII Zoller/Mercatoris Auguſtani Primarii: Evergetæ mei æviternum colendi.

DN. M. JOH. CONRADI Herrmann/Scholæ Patriæ Rectoris, in omni literarum genere politiſſ. Eccleſiæ Bergenſis Paſtoris vigilantiſſ. Præceptoris & Hoſpitis filiali obſervantiâ devenerandi.

DN. M. DAVIDIS Schuſtern/ Animarum in Woringen curatoris; Patris optimi.

DN. ELIÆ Schuſtern/Quæſtoris Ærarij. Patruelis.

Proſapias, virtutes, Merita in Eccleſiam & Rempub. Pietatem, Benignitatem, Favorem & Cognationem

hac diſputatione veneratur

A. & R.

JOHN CARTER BROWN

Cum DEO!
PROOEMIUM.

SI quicquam eſt, Candide Lector, quod mirari merito poſſis, hoc certe eſt, ſagaciſſimos naturæ indagatores eò progreſſos eſſe, ut certis ratiociniis adducti, affirmare non dubitarint, vaſtiſſimam molem terra queam (cujus quippe ambitum 5400. milliaria Germanica complecti aſſeruut) inſtar puncti ſe habere reſpectu Cœli & quemadmodum arenula ſe habet ad magnum aliquod ædificium. *Punctum* itaque eſt non ſolum, *quod vivitur*; ſed etiam, in quo vivitur, illud ſcilicet, *quod inter tot gentes ferro & igne dividitur, quod eſt materia gloriæ noſtræ, in quo honores gerimus, in quo exercemus imperia, in quo opes cupimus, in quo tumultuatur humanum genus, in quo inſtauramus bella.* Quemadmodum vero hæc ita ſe habent; ita noſtra quoque ſcientia reſpectu totius ſphæræ Veritatis inſtar puncti ſe habet, ut non ſine ratione Magnus ille Vir monitum hoc ſibi delegerit. *Quantum eſt, quod neſcimus!* Non quidem ibimus inficias, ſi unquã, nunc certe, tantum nõ admiranda præſtare excogitaſſe humanum ingenium. Quanta enim incrementa omnes diſciplinæ & artes quotidie capiant, & quam longe recenti-

oribus cedant veteres, notius eſt, quam ut mea commemoratione indigeat. Sed quanta hæc, ſi penitus introſpicias? Umbra. Geographicam tantummodo, quantum inſtituti ratio poſtulat, cognitionem perpendamus: quantum in hac nos latet? quot falſa hactenus tradita fuere? quot adhuc ſub judice lites? E terra quidem omnium matre ortum trahimus, à terra alimur, in terra vivimus, terram calcamus, in terram denique revocamur & ultimò redigimur univerſi, nec tamen limbum quidem togæ, quam alma mater fuſiſſimè ſparſit, omnem luſtravimus. Inter plurimas vero reliquas valde dubia eminet, quæſtio, de terra, ut vocatur, Auſtrali incognita. Pauca admodum, de hac quantum nobis quidem innotuit, erudito orbi hactenus ſunt communicata; nihilominus tamen, quia impoſitam hanc mihi provinciam detrectare non licuit, non potui non navigationem hanc Auſtralem inſtituere, & quid illic novi ſit obvium, theſibus hiſce exponere. Priusquam vero velis diſſertationi meæ datis in altum longius provehar, ſupremum Telluris Gubernatorem humiliter invoco, ut gratia ſua clementer mihi ad eſſe velit, quo per varios anfractus & ſcopulos curſus cedat feliciter!

Theſis I.

VT objectum Geographiæ, quod alii terram, alii globum terraqueum, alii orbem terraqueum appellare malunt, parte conſtat ſicca & liquida ſive terra & aqua; ita etiam Geographia à Mathematicis in duas partes dividitur: Hydrographiam & Geographiam ſtricte ſic dictam.

2. Illa aquas, quibus terra varie diſtinguitur, Oceanum ſc. maria, ſinus, freta, lacus, paludes, flumina &c; hæc terrarum orbem tradit & explicat.

3. Terræ ſupra aquas extantis partes omnes aquis circumfluæ inſulæ appellandæ eſſent; ex quibus tamen maximas terras firmas itemque continentes magnas vocari ratio ſuaſit, uſus obtinuit.

4. De continentium numero Geographi recentiores, ut veteres omittam, de quibus præ aliis vid. Operoſiſſimi Riccioli Geographia L. 1. c. 7. & Eruditiſſimus Barthius ad Claud. bell. Gild. v. 161. non conveniunt.

5. Quidam enim tres numerant, quarum prima eſt noſter orbis, vulgo tripartitus in Europam, Africam & Aſiam, ſecunda America, tertia Magellanica.

6. Alii quatuor recenſent: orbem noſtrum, Americam, Orbem arcticum ſive terram polarem arcticam & terram auſtralem ſive Magellanicam: vulgo Europam, Aſiam, Africam & Americam.

7. Alii quinque ponunt continentes; ſed diverſimode. Quidam enim totum terræ ambitum in Europam, Aſiam, Africam, Mexicanam ſive Americam ſeptentrionalem & Peruanam ſive Americam meridionalem: quidam in orbem noſtrum, Mexicanam, Peruanam, terram borealem incognitam & terram auſtralem incogtiam: quidam in Europam, Aſiam, Africam, Americam & Magellanicam dividunt.

8. Alii ſex continentibus orbem terrarum diſtinctum aſſerunt, Europâ, Aſiâ, Africâ, Americâ Septentrionali, America Meridionali, & Terra auſtrali, quam incognitam vocant: vel Europâ, Aſiâ, Africâ, America, terra boreali incognita, & terra auſtrali incognita.

9. Alii denique ſeptimam addunt, numerando Europam, Aſiam, Africam, Americam Septentrionalem, Americam meridionalem, terram boreali polo ſubjectam & terram auſtralem incognitam.

10. Ex quibus partes veteres, ſive orbem veterem vel antiquum vocant, qui veteribus Geographis, ut Ptolemæo, Straboni, aliiſque fuit cognitus: item Noeticum à filiis ac nepotibus Noæ, qui totam pene Aſiam, Europam & Africam occuparunt, de quibus vid. Celeb. Sam. Bocharti Geogr. Sacr. Brietii

 Parall.

Parall. Geograph. L. V. c. 4. Janſſ. Tom. V. Atlantis partem poſteriorum & Ptolemaicum, utpote à Cla. Ptolemæo deſcriptum, Contra novas partes ſive orbem novum vocant, qui vel antiquis penitus ignotus fuit, vel aliquo modo cognitus (Vid. Ricciol. Geograph. reform. L. III. c. 21. Bochart. Geogr. S. part. II. L. 1. c. 38. Iſaac. Habrecht ad Elem. Math. Langii pag. 539. Voſſ. de ſcient. Mathem. c. 42. §. 10. & append. p. 456. Cluver. introd. Geograph. L. 1. 13. & VI. c. 11 Walch. fab. 9. p. 259.) noſtris autem temporibus vel primum cognitus vel recognitus vel adhuc detegendus eſt.

11. Complectitur autem Orbis vetus Europam, Aſiam & Africam, quas curioſiſſ. Poſtellus de univerſ. pag. 31. & Coſmogr. diſcipl. pag. 20. rectius Iapetiam, Semiam & Chamiam aut Chameſiam dici vult.

12. Novum orbem in cognitum & incognitũ ſubdividunt. Ille año 1492. à Chriſtophoro Columbo Genuenſi inventus America plerisque dicitur ab Americo Veſputio Florentino, qui proximè poſt Columbum terram illam intravit & accuratius detexit anno 1497; à quibusdam Atlantica ſive Atlantis, quia mare Atlanticum trajicientibus occurrit: aliam rationem ab impoſitione forte alienam videſis ap. Poſtellum Coſmogr. p. 21. & de univerſ. p. 31. Per incognitum intelligunt terras polares Arcticam, potiſſimum Antarcticam, quam Poſtellus cit. locis Chasdiah dicendam eſſe putat.

13. Miſſis autem reliquis de hac ultima tantummodo Orbis terrarum parte terra ſc. auſtrali, quam incognitam vocant, pro materia diſſertationis publicæ, quantum quidem licuit, non tam ex inſtituto, quam per obſequium conſcribere tentavimus.

14. Auſtralem hanc & polarem antarcticam vocant, quia verſus auſtrum recedit, reſpectu orbis noſtri & in polo arctico terminari creditur: incognitam, quia tantum litora ejus aliquot innotuere, maxima vero pars nos latet: Magellanicam à Ferdinando Magellane Luſitano, qui ejus partem inferiorem primus detexit anno 1520. & quidem duplici ſenſu.

15. Strictè enim Magellanica terra dicitur ea, quæ ab Hiſpa-

Hiſpanis Tierra del fuego dicitur & poſtea à Jacobo le Maire Inſula eſſe deprehenſa eſt: latius omnis terra, quæ à freto Magellanico ortum & occaſum verſus ad novam Quineam usque protenſa ab Hiſpanis credebatur. Vocant etiam nonnulli Magellanicam Patagonum regionem, à Magellano cum adjecto freto quoque detectam.

16. Duplex quoque terræ Auſtralis apud Geographos occurrit acceptio. Communiter enim Auſtralem vocant, quicquid à nova Quinea verſus fumantem Inſulam utrinque intercipitur, quod ex recenſione partium Orbis auſtralis conſtat. Recentiores quidam, inter quos Nicolaus Viſcherus & Fridericus de Wit in Tabulis ſuis universi terrarum Orbis majoribus anno 1660. & 1665. editis, per terram Auſtralem intelligunt, quicquid terrarum ultra fretum Magellanicum obvium eſt. Verba eorum hæc ſunt: *Sommige plachten voor een vyfde deel, des vverelts te noemen Terra Auſtralis, ofte Magellanica, de landen bezuyden de ſtraet Magellanes, maer alſoo door der Hollanderen Schipvaerten in die gevveſten voor vveynigh Iaren bekent is, dat Tierra del Fuego by Magellane genoemt, niet dan een hoop eylanden zyn, en geen groot vaſtland, daer ontrent, vvelck de naem van een vyfde deel des Werelts vvaerdigh is, dunckt my genoegh ſulcks met deſe vveynige vvoorden angeroert te hebben, t' en vvare men Terra Auſtralis vvilde noemen die Landen bezuyden Nova Quinea, vvelcke meerendeel von de Hollanderen int' Iaer 1644. bezylt ſyn, en in deſe onſe Kaerte Hollandia nova en nova Zeelandia genoemt vvorden. Evenvvel na dien de Küſten maer ten deele ontdeckt ſyn, en vvy van de binnelanden ſelf gantſch geen Kenniſſe hebben, ſullen die als noch onder Aſia rüſten laten, tot naerder ontdeckingh; en den genen, die naer ons komen, indien vvy by ons leven geen meerder kennis bekomen, ſoodanigh verdeylingh bevelen.* Iidem convenientius ſpatio illi polari auſtralia incognita inſcripſerunt, cui alii terram auſtralem incognitam adſcribere conſueverunt. Conf. Theſ. 21.

17. Præmiſſa nominis explicatione ad ipſius rei tractationem accedimus. Ubi primum de rei certitudine ſe ſiſtit quæſtio: an exiſtat terra aliqua auſtralis? Exiſtere autem terram auſtralem jam olim veteres ſatis perſuaſum habebant. Vid. Macrob.

in ſomn. Scipion. cap. 9. Luc. Ampelii, qui ex Salmaſij Bibliotheca primum prodiit, Lib. memorial. §. de Orbe terrarum. Pomp. Mel. Geograph. L. 1. §. de diviſione mundi: quam ipſam Europæi non ita pridem luſtraverunt, inprimis Ferdinandus Magellanus, Hernandus Gallego, Ludovicus Paez de Torres & Ferdinandus de Quir Hiſpani &c. & hodie non nunquam conſpiciunt: Hornius in fine Orbis imperantis: *Reſtat adhuc ingens orbis pars verſus polum auſtralem, quam navigantes procul quidem aſpiciunt; ingredi autem, niſi interdum aquandi ergo propter incolarum ferociam non audent.*

18. Et quidem Hernandus Gallego anno 1576. miſſus erat ab Hiſpaniarum Rege ad explorandam terram auſtralem & deprehendit multas minores inſulas à freto Magellanico ad novam Quineam usque litus Magellanicæ prætexentes.

19. Poſt Ludovicum Paez de Torres Capitaneum, Petrus Ferdinandus de Quir Capitaneus Regis Hiſpaniarum anno 1609. terram auſtralem gradum circiter 15. lat. ingreſſus eſt, eamque libello ſupplici Regi Hiſpaniarum optimè commendavit, qui libellus anno 1617. Pariſiis gallicè prodiit; latine verſus adjectus eſt novæ novi orbis hiſtoriæ Hieronymi Benzonis: in germanicam linguam translatus à M. Gothardo Arthuſio Dantiſcano extat in navigationum Hulſianarum duodecima. Cui hactenus fidem habuere præſtantiſſimi quique Geographi: de quo nuper Johannes Neuhoff Itinerar. Chinenſ. verſ. German. pag. 4. & 5. Unter dieſe neue Welt kan auch der Entdeckung nach daß beſondere feſte Süd-Land oder Magellanica gerechnet werden: Welches man nach ſeinem erſten Entdecker Ferdinand Magellanus, der es auff ſeiner Schiffarth umb den gantzen Erden-Kreiß im 1420. Jahre zu erſt gefunden/alſo genennet. Im fünf und viertzigſten Jahre darnach gelangte an eben daſſelbe Land ein Engelländer Frantz Drake; und im zwölfften nach dieſen Thomas Kandiſch/ebenmäſſig ein Engelländer/wie auch im ſechshunderſten Heyl-Jahr ein Hollander Olivier von Nort. Aber vor wenig Jahren hat es ein Spanier Ferdinand de Quier viel weiter/als alle die erſten Finder ſich unterſtehen dürfften/entdeckt. Solus Tob. Wagnerus Theologus Breviar. Geograph. p. 17. re-

lationi

lationi huic Ferdinandi de Quir absque ulla ratione ſaltem probabili adducta fidem denegat, quem ob id non moramur.

20. Fruſtra igitur negat cum aliis Viſcherus terram auſtralem, quam ipſe tamen in ſua Tabula delineavit, imo ne Mathematicis quidem contradicit. Terminum etiam terræ auſtralis ſtrictius accipit; iſti latius de terra omni auſtrali & cognita & cognoſcenda, quo ſenſu ſupra cum Geographis novum orbem explicavimus.

21. Falſam hactenus delineationem litorum fuiſſe quæ prius in tabb. geographicis apparebat, facile concedo. Errorem quippe, quo Tabularum artifices tractum terræ auſtralis utrinque terra fumanti contiguũ eſſe putabant, navigatio Joh. le Maire, in primis Jacobi Eremitæ, qui ad 60. gr. 15. m. deſcendit, ſatis demonſtravit. Non inepte igitur in præfatione terræ ſuæ auſtralis Mercurius Britannicus; *Ægre me ſemper habuit, quod in tabulis Geographicis usq; mihi occurrit Terra Auſtralis incognita & ſane quis hæc non plane excors, ſine tacita indignatione legat? Nam ſi Terram eſſe norunt, ſi Auſtralem, quomodo tandem incognitam aſſerunt; &, ſi cognita ſit, quid mihi illius formam, quid ſitum unanimes Geographi depinxerunt.*

22. Denique terram auſtralem undique mari cingi & à reliquis continentibus diſtingui, certius, quam de cæteris conſtat: quippe quæ hactenus aliquoties eſt circumnavigata, quod in reliquis nondum licuit. Num vero terra hæc auſtralis continens una, an plures in inſulas diſſecta ſit? hactenus fuit ambiguum. Detectæ ſunt inſulæ plurimæ, detecta ſunt litora reliquę terræ auſtralis, ſed continentis ne an pluribus inſulis diſtinctæ, in certum. Quicquid ſit & terrarum magnitudo, de qua Theſi 27. agetur, & ſitus ratio ſive continentis ſive partis terræ habitabilis integrantis appellationem Magellanicæ noſtræ vindicant. Accedit huic ſententiæ communis fere Geographorum conſenſus. Etſi inſuper in plures inſulas diſſecta fuerit terra auſtralis, maxima earum continentis titulo inſignienda eſſet, adſcriptis minoribus. Qua ratione Britannicæ inſulæ Europæ, Japan Aſiæ, Madagaſcar Africæ accenſentur.

23. Terminatur autem terra auſtralis mari Auſtrali, Pa-

 cifico,

cifico, Indico, freto Magellanico. Eſtque orbi veteri ad novæ Quineæ procurrentem tractum, Americæ ad fretum Magellanicum propinquior.

24. Mare auſtrale dicimus cum Varenio Geogr. general. L. 1. c. 12. *id quod circa terram auſtralem eſt, cujus pars mare Indicum.*

25. Mare pacificum dicitur, quod ſine ullis procellis in eo per plures menſes navigarit Magellanus, poſtquam in id ex freto ab ipſo denominato ad finem Novembris anno 1520. primum deſcendit. Idem Alvarus Mendamus & alij ſæpe ſunt experti. Eſtque illud mare, *quod inter Americæ litus occidentale & Aſiam interjacet ingenti tractu, usq; ad Inſulas Indiæ & Philippinas atque Chinam usq;.* Vocatur etiam à naucleris præcipue Hiſpanis Mare del Zur, hoc eſt meridionale, non quod totum abſolute ſit meridionale, ſive ultra æquatorem; ſed comparative ad mare del Nort, reſpectu cujus eſt auſtralius.

26. De fretis, quæ duo numerantur, Magellanicum & Maræum, cum ad inſulam del Fuego pervenerimus, ſermo erit.

27. Terram hanc auſtralem undique mari cinctam maximam eſſe teſtatur αὐτόπτης Ferdinandus de Quir, hiſce verbis: *Quod ad regionum iſtarum noviter detectarum amplitudinem attinet, judicando ex iis, quæ ipſemet vidi, quæq; Capitaneus Ludovicus Paez de Torres obedientiæ meæ Archithalaſſus Majeſtati Tuæ expoſuit: longitudo earum tanta eſt, quanta totius Europæ, minoris usq; mare Caſpium Aſiæ, Perſiæ, omniumq; tum Oceani tum mediterranei maris hiſce regionibus, adjacentium inſularum, Anglia & Hibernia comprehenſis. Eſt videlicet occultus hic tractus, quarta orbis terreſtris pars, ac tam late patet, ut in eo veriſimiliter poſſint eſſe duplo plura regna atq; dominia, quam ſint ea, quorum Tua Majeſtas hodie eſt dominus.* Nec diſſentiunt reliqui Geographi, quorum ſuo tempore facile Princeps Philippus Cluverius Terram Auſtralem *orbi noſtro & Americæ amplitudine forte haud inferiorem* concedit. Petr. Bertius, *vaſtæ illæ regiones*, inquit, *quæ polo Auſtrali ſubjectæ, longè lateq; inde extenduntur per tres Zonas frigidam, temperatam & torridam: æquant Europam & Africam ſimul ſumptas.*

28. Præſtantiam inſuper Terræ Auſtralis abunde prædicat Ferdinandus de Quir: cujus vero commendationem utique

ntique rectius illi terræ auſtralis portioni tribuimus, quam ipſe Capitaneus penitius luſtravit, ideoque in ultimam fere terræ auſtralis partem differimus.

29. Plures autem Terræ auſtralis partes recenſent Geographi: Terram del Fuego, promontorium terræ auſtralis, Pſittacorum regionem, Antonii van Diemen Landt, regna Lucach, Beach, Maletur, ſive Hollandiam novam, Carpentariam, novā Quineam, Zeelandiam novam cum adjectis inſulis quam plurimis. Hornius in Orbe politico p. 92. dividit terram Auſtralem cognitam in Terram del Fuego, quæ proprie Magellanica, terram Ferdinandi (perperam Franciſci) del Quir & in novam Quineam.

30. Sed ut terras auſtrales penitius luſtremus, periplum inſtituamus. Talem vero præſcribit Varen. Geograph. Gen. L. 1. c. 12. pag. 131. A freto, inquit, Magellanico vel le Maire in- „
cipit litus & factis flexibus variis ad Beach regionem, ubi facto „
ſinu recipitur mare Lantchilonium: hinc litora novæ Quineæ „
procurrunt verſus ſeptentrionem, & redeunt dein ad Auſtrum, „
pergunt dein ad fretum Magellanicum. „

31. Non moramur, potius ne occaſum, exemplo omnium, quantum memini, Europæorum, qui totum orbem circumnavigarunt, an ortum verſus periplus inſtituendus ſit? Omnibus autem iſtis primum obviam fuiſſe terram del fuego, conſtat, quam peculiari tabula primus edidit Bernhardus Joannis Monaſterienſis, qui novem menſes in peragratione freti Magellanici impendit, duce Sebaldo de Waerdt. Poſtea accuratius deſcripta prodiit ap. Joann. Janſonium.

32. Terram hanc primus invenit anno 1520. Ferdinandus Magellanes, Luſitanus; ſub auſpiciis Caroli V. vocavitque Tierra de Fuego, quod ſcilicet in litore multas ignes conſpexiſſet. Brietius gallicè *Terra de Feux*, latinè *regionem flammarum* vertit: plures Geographi Magellanicam ab inventore denominare malunt. Navigationis hujus cauſam & hiſtoriam ex Hieron. Oſorio, Johanne Mariana & Maffæo ſuccinctè deſcripſit Ad. Olearius in notis ad Nob. l. And. à Mandeslo itinerar. L. III. p. 224. ex Atlante majori Abr. Golnitzius com-

 pend.

pend.Geogr.L.II.c.14.Confer.Ricc.reform.Geogr.l.3.c.22.& c. 28. ſuccinctius in primis ea, quæ Geographiam ſpectant, ex eodem Ricciol.L.III.c.24.referimus: Prima navis,quæ orbem totum quoad longitudinem obivit, fuit Victoria navis Ferdinandi Magellani,quæ nutu & impenſis Caroli V.ſolvit cum aliis 4. navibus,virisq; 237.absq; ullis fœminis ab Hiſpalenſi portu anno Chriſti M D XIX. Auguſti die 10. & trajecit fretum Magellanicum à die 6. Novemb. anni 1520. ad diem 28. Novemb.præmiſſa nave conceptionis, quæ exitum freti exploravit. Occiſo deinde Ferdinando Magellano in Inſula Matan;reliqui per Moluccas & caput Bonæ ſpei, præcipuè Odoardus Barboſa & Antonius Pigafetta reverſi ſunt Hiſpalim unica navi Victoria, viri omnino 18. die 7. Septembris anni M D XXII. ut ipſi ob navigationem verſus occidentem ſecundum motum diurnum ſolis computabant, cum revera eſſet Hiſpali dies 8. confectis Leucis 14460. & conſumptis partim in navigationibus, partim in ſtationibus diebus 1124. ſeu annis tribus, uno biſſextili, reliquis communibus, & præterea diebus 28. Reliqua hujus navis fata refert Abrah. Ortelius Theatr. Orb. terrarum ad Tab. Maris Pacifici,hoc adjecto Epigrammate:

Prima ego velivolis ambivi curſibus orbem,
Magellane novo te duce ducta freto.
Ambivi, meritoq; vocor VICTORIA: ſunt mî
Vela, alæ; precium,gloria; pugna, mare.

33. Eandem Terram,quam prius continentem ſeu continenti auſtrali contiguam eſſe crediderant, inſulam eſſe, cujus pars, occidua inprimis, in plurimas minores inſulas, quas ultra 85. numerarunt, diviſa eſt, navigatio Jacobi le Maire & reliquorum docuit. Vicinam quaque minorem terram Statenland non cohærere cum aliqua continente certum eſt ex navigatione Braueriana.

34. Terminatur à ſeptentrione freto Magellanico, ab ortu mari del Nort, & freto le Maire, à meridie mari auſtrali, ab occaſu mari de Zur ſive pacifico.

35. Longitudo intercipitur in Tab. Janſſ. inter gr. 296 & 306. 50,min. Latitudo porrigitur à gr. 52.30.m.usq; ad gr. 57. 45.m.

45.m. Et quidem à Cap. Deſirado usque ad Verſchoors Ree 95. circiter milliarium erit longitudo, latitudo à C. Orange usque C. Hoorn. 80. mill.

36. In Zona igitur temperata auſtrali ſita eſt Terra Magellanica, atque diametraliter reſpondet Lacui Kithai & conterminæ terræ montoſæ, ipſa ſatis montoſa & rivulis diſtincta.

37. Adeunti Terram Magellanicam primo occurrunt Inſulæ à Sebaldo de Waerd dictæ Batavis *Sybold de Waerdts Eylanden*, quo Claſſis Duce Johannes Monaſterienſis ad Moluccas navigavit, navigationis idem ſcriptor & tabulæ Terræ Magellanicæ primus autor. Ulterius pergenti trajiciendum erit vel fretum Magellanicum Septentrionem verſus, vel fretum Mairanum, ortum verſus, ni quis remotius inſulam *Statenland* dictam circumire & navigationem Brauerianam imitari malit.

38. Magellanicum fretum, vulgo *Stretto di Magellanes* dicitur à F. Magellano primo ejus repertore, etſi Vaſcus Nunnius de Valboa prius, nempe anno 1513. illud animadvertiſſe dicatur, cum ad Auſtralem regionem luſtrandam iſtic navigaret. Vid. Varen. L. I. c. 12. Benzo Hiſt. nov. orb. pag. 99. & 104. Fretum celeberrimum eſt & longiſſimi tractus conjungens Oceanum Atlanticum cum Pacifico, atque ex uno in alterum præbens tranſitum, à Septentrione Americam, ab Auſtro Magellanicam alluens. Deſcriptionem ejus poſt Petr. Bert. Tab. Geograph. L. 3. num ult. Varen. Geograph. gen. L. I c. 12. accuratiorem exhibet Ricciol Geogr. reform. L. 1. c. 15. ſub finem, hiſce verbis: *Magellanici freti inter Americam & Terram ignium del Fuego intercurrentis longitudo Moriſoto Lib. 2. Orbis maritimi c. 36. dicitur milliarum 315. Botero autem in relationibus de orbe novo leucarum 100. Sed Gerardo Mercatori in ultimæ ſui Atlantis Tabulæ expoſitione eſt milliarium Germanicorum 76. vel ſecundum alios 120. Antonio de Herrera eſt leucarum 102. At apud Franciſcum Lopez de Gomara, Varenium L. 1. Geogr. general. c. 12. & c. 9. parte Americæ edita à Theodoro Bry, eſt leucarum, ſeu Milliarium Germanicorum 110. Thomæ autem Fuller Nauclero Candiſchi, eſt milliar. germ. 105. ſeu Italicorum 420. ſed intereſt, utrum hanc longitudinem à Capite Virginum usq; ad caput deſideratum, vel caput Victoriæ, an vero aliunde, & alio usq; deſumas,*

& qui-

& quibus modis eum tractum metiare. Latitudo alicubi eſt milliarium Italicorum 1. *alicubi* 2. *alicubi* 4. *alicubi* 8. *alicubi* 12. *alicubi* 20. *alicubi fere* 40. *Italicorum; quorum* 4. *Germanicum unum æquant: Anguſtiſſimus meatus eſt ad caput S. Gregorii. Fluxus ab Æthiopico Oceano occaſum verſus eſt usq; ad* 70. *Leucas, at à Pacifico usq; ad* 30. *circiter, ibiq; occurrunt ſibi aquarũ intumeſcentiæ, & prioris tractus tũ homines, tum regiones meliores ſunt atq; amœniores.* Hujus freti duæ occurrunt in Tabulis Batavorum anguſtiæ circa capo de S. Gregorio, & C. Naſſou. Tres numerat Bertius: *quatuor, anguſtias numerant,* inquit Bertius loc. cit. *primum in ipſo oſtio Orientali: ſecundum vigeſimo fere inde milliari: tertium medio freti ſpatio.* (circa *Moſſel Bay*; ſed ubì quartum fretum?) *Litus utrinq; arboribus proceris veſtitum eſt: in eaq; phocarum, mergorum, pinguinorum conſpicitur frequentia. Sed ad Auſtrum omnia magis amœna. Initium freti Orientale eſt ad gradum* 52. *cum ſemiſſe, cui ex adverſo propemodum reſpondet exitus Occidentalis: inter quos terminos fretum ſinuoſo & arcuato tractu ſe pandit: ejus media curvatura ad gr.* 54. *ſeſe extendit. Anno* 1582. quod refert. Nicol. Goldmannus in fine ſuæ Geographiæ Latinitate à Luca de Linda donatæ, *Ad utraq; freti hujus litus Philippus II. Hiſpan. Rex duas exſtruere urbes voluit, quarum una in litore Americæ meridionalis Nombre de Ieſus eſſe cœpit, altera in litore Magellanicæ Civit ad del Rey Philippe etiam ſub opere erat: poſtquam vero Darmiento, qui hoc conſilium maxime urſerat, repetere viam verſus Rio Iennero in Braſilia cogeretur, & interim ab Anglis caperetur, incolæ maximam partem morbis & fame enecti perierunt. Reliqui fuga ſalutem quæſiverunt, & procul dubio in manus ferorum inciderunt, & cum apud illos quærerent eſcam, ipſi eſca inhumanis facti ſunt.* Angli poſtea hunc locum vocavere *Porto famine* quod quingentos ibi Hiſpanos fame peremptos invenerint.

39. Fretum Mairanum, vulgo *Stretto di Maier, Straet de Maer,* dicitur à Jacobo le Mair ſeu Mario, primo ejus repertore, etſi Bertius in Breviario ſuo totius orbis terrarum præter fretum Magellanicum alias vias magis vergentes ad Polum antarcticum, quibus commodior ſe aperit circumnavigatio, Hiſpanicas Tabulas ante annos XXX. editas tum temporis editas aliasque Venetas iſtis vetuſtiores ſignaviſſe teſtatur. Hic Marius

duabus

duabus navibus, quarum uni Hornæ ſive Cornu, alteri Concordiæ nomen erat, inſtructus anno 1615. die 14. Junii ſolvit Texelia cum Wilhelmo Cornelii Schouten, ut vel novum ad Orientales inſulas præter fretum Magellanicũ iter aperirent, vel alias terras reperirent & gentes, quibus cum negotiarentur & exercerent mercaturam: quod etiam ex voto ſucceſſit, dum ſequenti anno 1616. die 24. Januarii litoribus Magellanicæ conſpectis die ſequenti fretum hoc novum tranſiere. Totius itineris diarium extat navigationum Hulſianarum decimâſextâ, cujus ſummam excerpſit & annotavit Ricciol. Geogr. reform. L. 3. c. 22. brevius c. 24. Longe commodius inſtituitur per hoc fretum iter maritimum, quam per Magellanicum: atque hoc reperto vix ullus legitur amplius navigaſſe per fretum Magellanicum, excepto Johanne de More, qui emenſus fretum *le Maire* anno 1619. per Magellanicum reverſus eſt Hiſpalim. Longitudo ejus unici diei brevioris navigatione ſuperabilis, ut conſtat ex navigatione Maeriana; minus vero latum eſſe, quam Tabb. Hollandica repræſentant, deprehendit idem Johannes de More. Diſtat ab æquatore 54. gr. 30. m. Terminus Orientalis *Statenland*; occidentalis *Mauritii land* appellatur.

40. Intranti fretum Magellanicum à dextris in ora Americana occurrunt eſt caput 11000. Virginum, *Cap. de las Virgines*, ſic dictum à Magellano, quod die Urſulæ ſacro, eò appuliſſet: *Pinguins Eylanden*, inſulæ à Pinguinarum avium copia ſic dictæ, qualis etiam ad latus orientale Americæ meridionalis non procul ab initio freti Magellanici occurrit, qualis etiam circa caput bonæ ſpei eſſe traditur à Mandeslo Itinerar. L. II. c. 16. ubi aves pinguinas etiam deſcribit. Conf. cap. 17. *Eliſabeths Eyland* & circa medium freti *Eliſabeths Bay* ab Eliſabetha Regina Angliæ dicta, cujus auſpicio Franciſc⁹ Draco hoc fretum trajecit anno 1577. menſe Auguſto & Septembris, à quo promontorium illud *Draecks hoeck.* Huic ſinus proximus *Cordes bay*, à Simone Seyler, alias *de Cordes* dicto, qui anno 1597. ſolvit è portu Gœreanorum aliis die 27. Junii, & anno 1599. die 6. Aprilis intravit fretum Magellanicum, in quo hæſit usque ad 23. Auguſti, quo exivit in mare pacificum, & inde per Moluccas rediit in

Hollan-

Hollandiam Proxima Inſula *I. Cano* dicitur à Joh. Sebaſtianum Cano Cantabro Magellani comite, qui in Hiſpaniam rediit. De P. Famine diximus ſupra Th. 38. Ulterior eſt ſinus Spibergii, *Spilbergens Bay*, à Georgio Spilbergio ſic dictus, qui anno 1601. primo Maii ſolvit à Campovera Selandiæ, & navigavit ad Zeilanum, Sumatram, Moluccas, Bantanam, aliasque inſulas.

41. Fretum Maræum ingredienti, à dextris eſt ora Mauritiana, *Mauritius Landt*, dicta in honorem & memoriam Mauritii Principis Auriaci & Naſſoviæ comitis; à ſiniſtris terra in honorem ſtatuum Hollandiæ nomine *Statenland* inſignita eſt. Ibi *Verſchoors Ree* ora eſt maritima ſic dicta à Joh. Wilhelmo Verſchoor, qui ſucceſſit in Vicariatum Amiralii Joh. Hug Schapenham, & *Valentins Bay* dictum à Valentino Johannis navis Concordiæ Gubernatore. Fretum Maræum emenſo & litus occidentale legenti occurrit ſeu ſinus ſeu mare Naſſovicum, *Naſſauſche Voerd*, in quo præcipua inſula *L'heremitens eylandt* ſic dicitur à Jacobo Eremita, duce navigationis Naſſovicæ, & ab hujus vicario Joh. Hug. Schapenham denominatus eſt, *ſinus Schapenhams Bay*. Scilicet hi duo claſſem Naſſovicam 11. navium, ſolverunt ex portu Goërenſi anno 1623. die 29. April. & 1624. die 2. Febr. tranſiere fretum Maire. Hinc per Inſulas Latronum pervenere ad Moluccas, die 4. Martii inde ad Javam pervenere. In itinere uterque Amiralius obiit; ſed aliquot naves in Hollandiam rediere. Diarium totius navigationis prodiit Argentinæ anno 1629. Cæterum *Terhaltens Eylandt* vocabatur à Joh. Terhalte Capitaneo ejusdem Claſſis. Sinus *Windhonds Bay* nomen ſortitus eſt à navi, cujus inſigne erat canis venaticus, qua tum vehebatur Vicarius Amiralii. *Barnvelts Eylanden* dictæ à Jacobo le Maire in honorem Johannis van Olden Barneveli, Hollandiæ & Friſiæ occidentalis olim Advocato. Denique Promontorium *Hoorn* cognominatum eſt Hollandiæ urbi Hornæ, ubi navigatio le Maire erat inſtituta.

42. Cæterum ipſius Inſulæ ſitum incolarumque mores accuratius deſcripſit Adolphus Deckerus Argentoratenſis in Diario Claſſis Naſſovicæ, quæ anno 1623. ſolvit ex portu Gœrenſi,

renſi, d. 29. Aprilis, & circum navigato orbe ſpatio 802. dierum, rediit in Hollandiam 1625. die 9. Julij. Verba ejus hæc ſunt, plura quidem, ſed quæ hunc locum maxime illuſtrant:

Terra del Fuego iſt meiſtentheils bergicht / dann es hat überall ſchöne Thäler/und luſtige Bäume/die beſloſſen werden mit ſchönen Quellen/ſo auß dem Gebürg entſpringen / und luſtig ſind mit ſchönen Kräutern. Es hat zwiſchen den Inſuln / unterſchiedliche gute Reeden / da man ein Flotta Schiff mit Sicherheit kan bergen/allda bequeme Waſſerplätze ſind/da man überflüſſig Holtz hat / zu brennen / und Stein zum Ballaſt genug bekommen kan. Daß Gebirge/welches auß der See ſcheint der Erden fern zu ſeyn/iſt gantz mit Bäumen beſetzt/allzuſammen nach dem Oſten überhaltend/wegen der gewaltigen West- Winde / die in dieſer Gegend ordinari/dominiren. Die Erde deß Gebirgs/darauff dieſe Bäume ſind/iſt Aderecht/hol und über 2. oder 4. Schuh tieff/ſo man mit einem Stock durch die Erden zu auff die ſteinechte Klippen ſticht/leichtlich empfindet. Die Lufft in dieſer Gegend iſt ſehr windig / und viel Ungeſtümigkeit unterworffen / und ſolches wegen der groſſen Auffdämpffung / ſo auß den Waſſern auffſteiget/und mit groſſer Gewalt von dem Weſt / umb die Oost getrieben wird/und umb dieſe Weſt-Wind umb Terra del Fuego ſo dapffer wehen/als in einem Orth der Welt / und ſolches ſo gählings/und unverhofft/gleich wir in der Naſſawiſchen Voerd/ſind täglich iñen worden/dz man kein zeit hat/ein Segel nider zulaſſen/ und ſo gewaltig/daß die Schiff von 2. oder 3. Anckern/unter einem Oberwal liegende / durchtreiben / und die Schiffer / ſo faſt am Schiff ſind/umgeworffen wären. Darumb müſſen die/ſo gern umb Weſt wollen ſeyn / das Land der Terra del Fuego ſo viel meiden/als jmmer möglich iſt/und ſich umb die Südſeiten begeben / da ſie von den Weſt- Winden verwahret ſind / und Mittägiger Wind (wie wir auß unſerer Farth vermuthlich ſchlieſſen) gewärtig ſeyn/die ſie ohne zweiffel/an die begehrte Orth bringen werden. Die Inwohner von Terra del Fuego ſind von Natur weiß/als die von Europa / aber Sie beſtreichen jhre Leiber mit rother Farb / und mahlen ſich auff mancherley weiſe. Etliche ſind roth von Angeſicht/von Beinen/Armen/Händen/wie andere Leuth/der übrige

brige Leib weiß/glatt/bemahlet/oder angeſtrichen. Allda ſind auch etliche ſo halbroth/halb weiß ſind/alſo daß jeder/auff ein beſondere Manir gefärbt iſt. Sie ſind klug/ von Perſon wol proportionirt/von gröſſe und Statur wie die in Europa. Sie tragen lang/und dick ſchwartz Haar/deſto ſcheußlicher zu ſehen/ und haben ſcharffe Zähne/als ein Mauß. Die Männer gehen gantz nackend/ohn jhre Scham zubedecken; aber die Weiber bedecken dieſelben mit einem ſtück Leders/ſind auff dieſelbe weiß gemahlet/ als die Männer/ und zieren jhren Halß/ mit einem Schnürlein von Muſcheln/ oder Hörnlein. Etliche/ wiewol wenig/ haben ein Fell/oder Haut umb jhre Schultern hangen. Jhre Hütten oder Häuſer/ſind von Bäumen zuſamen geſetzt/unden rund/und oben ſpitzig zulauffende/inwendig ſind ſie 2. oder 3. Schuhe tieff in die Erden außgehölet/und außwendig mit Erden beſetzt/ Jn jhren Hütten iſt nicht mehr zu finden/als etliche ſeltzame Körb/da jhr Fiſchzeug innen iſt/ welches beſtehet in etlichen ſteinern Fiſchhäcklein/auff unſer weiß ſehr artig gemacht/ daran ſie Muſcheln anhängen/ womit ſie ſo viel Fiſch fangen/als ſie begehren. Jhr Gewehr iſt unterſchiedlich/etliche haben Pfeil und Bogen/ welche Pfeil forn an ſteinerne Harpoenzens oder Wurff-Gabel haben/ſo künſtlich gemacht ſind. Sie haben auch lange Spieß/ an der Spitzen mit einem ſcharffen Steinlein verſehen/ auch Schlingen/damit ſie mit groſſer Gewalt können werffen / und ſteinerne Meſſer/die ſcharpff ſind. Sie haben allezeit jhr Gewehr bey jhnen/ deßwegen (ſo viel man auß jhren Geberden konte verſtehen/) daß ſie jmmer Krieg führen / mit einem andern Geſchlecht/ſo etliche Meilen umb Ooſt/an dem Goeree/und umb Terhaltens Jnſul wohnen/welche auß den Wilden befärbet/und bemahlet ſind/gleich den Jnwohnern von Schapenhams-Bay/ und Wind-Hundes-Bay/auß den rothen. Jhre Schifflein oder Canoes ſind werth zu ſehen/weil ſie künſtlich gemacht/auff folgende weiß: Sie nehmen eine gantze Rinden/von einem auß den dickeſten Bäumen/ſo ſie dergeſtalt wiſſen zu biegen/Riemen darauß zu ſchneiden/ und widerumb zuzunähen/ daß es auffs letzt die Form bekompt einer Venediſchen Gondala. Diß wiſſen ſie ſehr artig zu machen/ſtellen die Rinden auff hauffen/gleich wie man

die

die Schiffe auff dem Stapet in Holland thut. Wann nun die Rinde/ die Form einer Gondel habend gebrochen / oder entgäntzet iſt/ ſo überlegen ſie den Boden von vornen zu hinderſt mit hafften / feſt zu ſeyn/ die ſie wider überlegen mit Rinden von Bäumen/ und ſo dicht zuſammen binden. In dieſen Schifflein/ ſo 10. 20. 24. Schuh lang/ und bey 2. Schuh breit ſind / können 7. oder 8. Perſonen bequemlich ſitzen / ohne daß ſie noch Flügel daran haben / und ſchiffen darmit ſo ſtarck / als man mit einer fertigen Schloupen ſolte können rennen.

Was anbelangt die Arth und Natur dieſer Inwohner/ ſind ſie darin mehr den ſtummen beſtien/ als Menſchen gleich / in dem/ daß ſie Menſchen-Fleiſch rohe freſſen / und man nicht ein Füncklein von Religion und Policey in jhnen vermercken kan: So ſind ſie auch ſo unbeſchämt/ und beſtialiſch / daß ſie offt jhren Harn einander auff den Leib machen. Sie verſtehen ſich ſehr wenig auff die Europæiſchen Waffen / dencken nicht (daß man mit einem Rappier / ja vielmehr mit einer Mußquet einem ſchaden könne.

Sie ſind allzuſammen böß und Schelmächtig / beweiſen den Frembden am erſten nichts dann alle Freundſchafft/ unterdeſſen dencken ſie nichts anders/ als dieſelben auff ein unverſehns zu überfallen / und zu erwürgen / gleich wie es den 17. Männern von dem Schiff Arent / oder Adler widerfahren iſt / als oben erzählet. Hierumb ſollen die jenigen / ſo nochmahls an der Naſſauiſchen Voerd ſollen anlenden / (allda ein überfluß an ſchönem Waſſer/ und Brand-Holtz zubekommen iſt / aber weder Vihe noch Fiſche hat man umb Schapenhams Bay können vernehmen / als allein Muſcheln/ die über anders alles in der Menge ſind) fleiſſige achtung geben/ und zu ſchauen/ daß ſie dieſen wilden/ mit was Gebärden ſie ſich auch verhalten/ und wie gecklich ſie auch ſich anſtellen / gantz nicht vertrauen / ſondern jhrer Wehr wol in acht nehmen / und daß ſie jhr Volck am beſten/ die jenige Erfriſchung zubekommen/ ſo im Land iſt/ nicht in Gefahr ſetzen / gleich anders leichtlich kan geſchehen. Die Anzeigungen / wodurch wir wiſſen / daß in Terra del Fuego / gethiers iſt / ſind dieſe: Man hat auff unterſchiedlichen Orthen den Koth und das Ingeweide der Thieren /

 wie

wie auch Pezericken oder Nerven von Stieren geſehen. Auch iſt dem Vice-Admiral, unter Goerre/mit der Jacht anckerende/ von einem Soldaten/der ſich etwas weiters das Land hineinwerts begeben hatte / angedeutet worden / daß von jhme / in einem grünen Wald/die Mänge von Thieren geſehen worden.

43. Præter illa duo freta aliam vel plures in mare pacificum perveniendi vias ſupereſſe indagandas multi autumant. Quo faciunt, quæ in navigatione Naſſovica Architalaſſo vicarius retulit, quod nimirum veriſimile ſit, in ſinuNaſſovico meatus eſſe atque canales committentes mare Marianum cum Magellanico. Conf. Navig. Hulſ. decima octava pag. 213. Quibus vero hoc ipſo loco contradicit Joh. de More, qui à capite Hornenſi litus occidentale Magellanicæ ſolicite ſatis ſcrutatus erat, nec vero ullum potuerat reperire commercium Magellanici freti cum Auſtrali mari.

44. Quid ſi quis ſtatuum Inſulæ litus Orientale peteret? Johannes de More cum duabus caravellis inſtructiſſimis ab Hiſpaniarum Rege poſtquam nuncium accepiſſet de novo freto à Jacobo Maire reperto miſſus erat anno 1618. ad illud fretum recognoſcendum. Hic cum perveniſſet ad fretum Marium, orientem verſus litus legit ad leucas Hiſpanicas 30. tentans num alius tranſitus; ſed videns continentem auſtralem continuari, rediit ad fretum illud, idque minori ſpatio, quam unius diei tranſivit. Vid. Hulſ. navig. decim. octav. pag. 212. Ricciol. Geogr. reform. p. 103. Sed quis inde continentem colliget? Certè ad oram Orientalem Statuum Inſulæ trajectum G. Braueri omnes Tabulæ Batavorum oſtendunt recentiores. Satis confuſe Brietius de hoc loco: *Fretum Maræum diu quæſitum invenerunt, Anno Chriſti 1616. ſic dictum ab expeditionis duce Iacobo vel Iſaaco le Maire, cujus anguſtiis occidentalibus duo ſunt impoſita nomina, verſus Magellanicum fretum Mauritii Inſula, Mauritzland, verſus polum antarcticum Statenland, hoc eſt, le pays des Eſtats. Orientales anguſtias utpote nimis patentes nondum detexerunt, tantum hic nominavere Promontorium deſideratum, le Cap. deſire, vel ut loquuntur Deſirdo, ut Hiſpani Deſeado.* Ubi hoc promontorium deſideratum?

tum? ſcilicet remotiſſimum, in freti Magellanici extremo occidentali.

45. Multum diſtare Magellanicas Inſulas à reliqua terra auſtrali, ex hoc certum eſt, quod Eremita ad 71. gradum latitudinis auſtralis pervenerit, nec tamen viderit terram. Quantum autem diſtet, nullius hactenus experientia determinavit. Mirum itaque quod Hiſpani, tam confidenter in continenti affi&to varia loca denominaverint plane falſiſſima. Modo inſpiciatur præter Ortelium Tabula Orbis Terrarum major Guilielmi Janſonii Amſtelodami 1605. & Henrici à Langeren, 1618. edita.

46. Huic Magellanicæ & terræ Antonii Diemeni interjectum perhibent promontorium auſtrale cum Pſittacorum regione.

47. Promontorium auſtrale globo adſcribitur à quibusdam inter gr. 20. & 30. longitudinis, circiter gr. 50. latitudinis & 450. leucas à capite bonæ ſpei & 600. à promontorio S. Auguſtini diſtare dicitur. Quod verò auſtrum verſus remotius eſſe ex iis, qui in Indias Orientales profecti ſunt didicimus.

48. Promontorium hocce orientem verſus ſequitur Pſittacorũ regio ſic à Luſitanis huc Lebegio vento (Africo) appulſis, cum Calicutiam peterent, appellata ob inauditam earum avium ibidem magnitudinem. Terræ hujus litus ad 2000. miliaria perſecuti necdum finem inveniſſe traduntur.

49. Anno 1642. Antonius van Diemen 640. circiter millaria magis ad Auſtrum quam Guinea, terram à ſe van Diemens dictam primus detexit, quæ in Tab. Nic. Piſcatoris inter gr. 160. & 170. longitudinis intercepta ad 44. fere gradum latitudinis auſtralis pertingit. Hanc auſtrum verſus circum navigans in partes Orientaliores Novæ Guineæ & ſic in occaſum vela dirigens usque ad Indiam pervenit. Litus obtendunt *Weſt-Eylanden, Boreels-Eylanden, Taſmans-Eyland, van der Lintz-Eyland.*

50. Hinc æquatorem verſus retrocedenti Hollandia nova obvia eſt, quæ Pauli Veneti & Ludovici Vartomanni relationibus primo Orbi literato prodita variorum regnorum titulis inſignita erat *Lucach ſc. Beachet Maletur.*

51. Terram hanc ſeparat ab Indicis Inſulis mare, vulgo *Mare Lantchidol* dictum, quod Anchidolium potius dicendum Ricciolus putat.

52. De Lucach regno præter nomen non habemus. Beach ita deſcribit M. Paulus Venetus (*cui magnam locorum exterorum notitiam nos debere*, inquit Bertius) de Regn. Orient. L. III. c. 2. *Navigando ab Inſula Iava, numerantur ſeptingenta milliaria ad duas inſulas Sondur & Condur dictas, à quibus ultra procedendo inter meridiem & Garbinium,* (*Africum*) *ſunt quingenta millaria ad provinciam Bœach quæ ampliſſima & ditiſſima eſt. Regem habet proprium, & propriam linguam. Adorant Idola. Producit hæc provincia urſos domeſticos, magnos ut leones, itemq; elephantos habet multos, & aurum copioſum. Vtuntur pro moneta glebis quibusdam aureis* (ita citante Bochart. Geogr. S. part. 1. p. 157. Artemidorus apud Strabonem aurum, quale in Arabia felici reperitur, quod Græci ἄπυρον vocant, explicat βωλάεια χρυσοῦ καθάρσεως οὐ πολλῆς δεομένου, *glebulas auri quod multa purgatione non eget.*) *Pauci ſunt, qui ex alienis regionibus provinciam hanc adeant, adeo inhumani ſunt habitatores ejus.*

53. Maletur ſubſequenti capite 12. breviter ſubjungit hiſce verbis: *Recedendo à provincia Bœach, navigatur per milliaria quingenta verſus meridiem ad inſulam Petan, quæ majorem in partem Sylveſtris & nemoroſa eſt. Arbores ejus odoriferæ ſunt, & magnam præſtant utilitatem. Inter provinciam Bœach & Petan per milliaria ſexcenta, mare adeo eſt undoſũ, ut nautæ cogantur levare gubernacula. Nam profunditas vix eſt quatuor paſſuum. Hinc venitur ad regnum Maletur, ubi maxima eſt copia aromatum, & habent incolæ ejus propriam linguam.*

54. Pergit in ſeq. cap. relationis ſuæ M. Paulus Venetus ad Javam minorem, quam Inſulam alii Sumatram, alii Cumbabam interpretantur, forte rectius cum Mercatore & aliis Petan inſula meridionaliorem arbitramur quam fuſius ita deſcripſit: *Vltra inſulam Petan, inquit, per Sirochum* (Notapelioten) *navigando, eſt Iava minor, centum diſtans milliaribus à Petan: & hæc in circuitu continere dicitur circiter duo millia milliarium. Dividitur inſula in octo regna, habetq; linguam propriam. Producit etiam varia aromata,*

ta, qualia in his noſtris partibus nunquam viſa ſunt. Incolæ ejus idola colunt. Protenditur hæc inſula in tantum ad Auſtrum, ut polus arctius & ſtellæ ejus minimè videri poſſent, Ego Marcus fui in hac inſula, luſtraviq; ſex ejus regna, nempe regnum Ferlech, Baſman, Samara, Dragojam, Lambri & Fanſur. In aliis vero duobus non fui. Habitatores regni Ferlech qui montana occupant, nullam habent legem, ſed beſtialiter viventes, quicquid illis mane primo occurrit, adorant, comeduntq; carnes omnium animalium, mundorum & immundorum atq; carnes humanas. Qui vero in maritimis habitant locis, Mahumeti ſunt addicti legi, quam ex Saracenicis negotiatoribus illuc divertentibus didicerunt. Habet regnum Baſman linguam propriam, vivuntq; incolæ ejus beſtialiter. Agnoſcunt magnum Cham pro domino, ſed tributa ei non ſolvunt, niſi quod interdum illi mittunt munera de feris Sylveſtribus. Inveniuntur apud eos elephanti & unicornes in magna multitudine. Et ſunt unicornes paulo minores elephantis, pilum habentes bubuli, & elephanti pedem. Habent caput, ut aper, & more porcorum libenter morantur in luto, & aliis immunditiis. In medio frontis geſtant cornu unum, groſſum & nigrum. Linguam habent ſpinoſam, & hac lædunt homines & animalia. Abundat quoq; regio ipſa diverſis ſimiis magnis & parvis, hominibus ſimillimis. Hos capiunt venatores, & totos depilant, niſi quod in barba & in loco ſecreto pilos relinquunt, & occiſos ſpeciebus aromaticis condiunt, & poſtea deſiccant, venduntq; negotiatoribus, qui per diverſas orbis partes corpora illa deferentes, homines perſuadent tales homunciones in maris inſulis reperiri. In Regno Samara fui. ego Marcus cum ſociis meis quinq; menſibus, non ſine magno tædio tempus expectans navigationi aptum. Nam Incolæ ejus beſtialiter viventes, carnibus humanis edendis ſunt aſſueti. Quapropter conſortium eorum ſpernentes, caſtra lignea nobis haud longè à mari extruximus cum propugnaculis, in quibus tuti eſſemus contra incolas. In hoc regno nec urſa minor nec major, quam vulgo currum magnum vocant, apparet, usq; adeo inſula illa vergit in auſtrum. Incolæ idola colunt. Sunt ibi optimi piſces, & in magna copia. Triticum vero illic non creſcit, ſed de riſo panes conficiunt. Sunt in ea inſula arbores multæ & parvæ, habentes ſingulæ ramos quatuor, quos certo anni tempore incidentes, colligunt ſtillantem liquorem, qui tam largiter ex inciſura proflu-

profluit, ut per diem & noctem urceum plenum colligant ex uno ramo. quo evacuato, rurſum adhibent ramo urceum, & id tam diu frequentant, donec ſtillicidium illud deſierit. Et hæc eſt vindemia eorum. Provocant quoque arborem ad largiora fluenta per aquarum rigationes, quas fundunt ad arboris radices, quãdo tardius Cœperit emittere lachrymam. Sed is liquor non eſt tam ſapidus ut ille qui ſuapte fluit natura. Mittit quoq; hæc regio nuces Indicas in magna copia. Habet quoq; regnum Dragojam homines Sylveſtres, qui idola colunt, & linguam atque regem proprium habent. Apud hoc talis eſt conſuetudo, quando quis graviter infirmatur, propinqui & conſanguinei ejus convocant magos & incantatores, illosq; interrogant. an ægrotus ſit ſanitatem recuperaturus. Et illi reſpondent id quod dæmonum ſuggeſtione didicerint. Si dixerint infirmum non poſſe liberari, quin illa ægritudine intereat, adſunt qui infirmos concludunt, ne reſpirare poſſit, atq; ſic occidunt priusquam ab inimitate extinguatur, & carnes ejus incidunt, coquunt atq; devorant, & id potiſſimum faciunt propinqui & conſanguinei infirmi ſimul congregati. Ajunt enim: ſi carnes illius putreſcerent, converterentur in vermes, & illi tandem fame morerentur, de quo defuncti anima graviſſimas paſſura eſſet pœnas. Porro oſſa in cavernis montium ſepeliunt, ne ab homine vel beſtia contingantur, Et quando hominem extraneæ nationis capiunt, ſi ille ſe pecunia non poteſt redimere, occidunt eum & comedunt. Eſt aliud regnum in memorata Inſula, quod Lambri vocatur. in quo multa creſcunt aromata, præſertim habentur ibi birci in maxima copia, quos poſteaquam creverunt, transplantant, & tribus annis in terram mittentes, iterum cum radicibus evellunt. De illis bircis ego Marcus quosdam mecum in Italiam portavi, curaviq; ſeminandos, ſed deſtituti calidiori regione, non creverunt. regni hujus incolæ idololatræ ſunt. Inveniuntur etiam quidem in hoc regno, qui caudas habent ut canes, longitudinis unius palmi, & hi in civitatibus non habitant, ſed in montibus. Habet quoq; hæc terra unicornes & alia multa atq; diverſa animulia. In regno Fanſur naſcitur optima Camphora, quæ auro adæquatur. Incolæ hujus regni panem de riſo faciunt: nam tritico carent. Potum ex arboribus eliciunt, ut jam ſupra diximus. Sunt in regione iſta arbores quædam craſſæ quæ habent corticem ſubtilem, ſub quo invenitur farina quædam optima, ex qua delicata præparant cibaria, quæ aliquoties non ſine voluptate comedi. Tantum de Java minori.

55. Recentiores Hollandiam novam, quod ſupra di-ctum, vocant, cujus litora à Batavis præcipuè ſunt detecta. Primum *Terra del Zur* inſcribebatur, quod contigua putabatur inferiori terræ auſtrali, ſed ſejunctam eſſe, ſupra ex navigatione Antonii Diemeni didicimus: item Terra concordiæ, *t'lant van d' Eendracht* vocabatur, cujus appellationis ratio mox ſequetur.

56. Primus hanc regionem ex Batavis patefecit anno 1616. menſe Octobri, Theodorus Hertogius navi vectus Concordia, à qua denominata eſt hæc terra, *t'lant van d' Eendracht*. Ulterius patefacta eſt anno 1619. à Joh. de Edels, cujus quoque nomen ſortitus eſt tractus ille, *Edels-lant*. Año 1622. navigatione quadam inventa eſt regio, cui nomen *de Levvinne*, hoc eſt, Leænæ, nec non poſt modum anno 1627. menſe Januario detecta eſt à P. Nutio, præfecto navis, cui nomen aureo equo Marino, regio ab ipſa dicta eſt *t'landt van Pieter Nuyts*. Anno 1628. detecta eſt regio, cui nomen *Witslant*, à detectore G. F. de Wits.

57. Cæterum in ea litorum denominationes obviæ ſunt: *van Diemens landt*, *Vuyle hoeck*, *Arnhems landt*; inſularum, *I. S. François I. S. Pieter*. Cocodrils *Eylandt &c.* Syrtium, *Tortelduyf. Houtmans Abrolhos*: Promontoriorum, *C. Maria C. van der Lin. C van Diemen*: ſinuum: *Baya van Diemen*, *Limmens Bogt &c.* fluviorum, *Willems Rivier. Abel Taſmans R. R. van Alphen.*

58. Intercepta eſt in Tab. Viſcheri recentiſſima & accuratiſſima inter 134. & 165. gr. longitudinis. Extenditur igitur ejus longitudo ad 412. milliaria. In latitudine auſtrali deſcendit à 12. circiter gr. ad 36. usque per milliaria 360. Mediam fere ſecat tropicus capricorni, ut ita dimidia pars in torrida, altera ſemiſſis in temperata meridionali ſita ſit.

59. Hollandiæ nova loca commemorata plerumque petunt, qui Indias ac Bataviam petunt. Nam præter vecti promontorium bonæ ſpei recta tendunt verſus orientem, donec hanc regionem conſpiciant, qua viſa curſum mutant, dirigunt-que verſus Aquilonem, aut etiam nonnihil deflectunt, verſus occidentem, donec ad fretum Sundæ, *Strade van Sunda*, quod eſt inter Samatram & Javam, perveniant.

60. Novæ Hollandiæ contigua eſt Carpentaria pluribus fluviis diſtincta, quales ſunt *Staten Rivier, Rivier Naſſou, Waterplaets. Vereenigde Rivier. Rivier Cœn. Waterplaets, Rivier Batavia, R. van Speult.* Terminus Septentrionalis eſt *t'hoge landt*, ubi aliquot inſulæ conſpiciuntur.

61. Denique hinc pervenitur in Quineam, quæ ad Æquatorem usque procurrit, nova dicta, ut plerique cum P. Ber-
» tio. Tabb. Geogr. contract. p. 89. volunt, quod Guineæ Africa-
» næ ex adverſo oppoſito ſit, nam ut hæc à Meridiano vix orien-
» tem verſus aliquot gradibus extenditur; ita illa occidentem
» verſus: & ut hæc poſt quartum ab Æquatore gradum ſepten-
» trionem ſpectat, ita illa auſtrum: accedit & litorum tractus fere
» ſimilis, & ſimillima aeris conſtitutio. Hiſpanis eſt *Terra dos papos*. Andreas Corſalus Florentinus, teſte Ortelio, videtur eam ſub nomine *Terra de Piccinacoli* deſignare.

62. Terram hanc primum detexit Alvarus de Saavedra anno 1527. eamque inſulam eſſe docuit navigatio A. Diemeni ſupra commemorata. Mediam diſtinguunt montes à nive ſic dicti. *Schneebergh*. In Ora occidentali quod alluit Archipelagus S. Lazari, occurrunt *Drage bogt, Vleer muyſen Eylandt, Valſche Cap. Keer vveer & Dodſlagers R.* In Orientali ſinus eſt *Cornelis Kniersz bay*, inſulæque plurimæ, ut *Willem Schouten Eylant, I. Arimoa, I. Moa, Hooge, hoeck, hooge Berge*, Vulcanus, ſive *Brandendberg*.

63. Ultra Quineam in Tabb. Hollandicis orientaliora quædam occurrunt litora cum vicinis inſulis, quæ vel eædem erunt cum Inſulis Salomonis ab Hiſpanis repertis, vel vicinitatem cum iis habebunt admodum. Litora autem quibus 25. Inſulæ intercipiuntur minores, vocantur *Hoogh landt*. Sequitur *Laeghlant cum* ſinu *Claes Pieterſz bay*, & objectis inſulis S. *Ians Eylandt & Groene Eylanden*.

64. Vocabantur autem iſtæ Inſulæ Salomonis, quia Hiſpani ſibi ex illis divitias Salomoneas promittebant. Primum repertæ ſunt 1567. ab Alvaro de Mendoza, quem eò Lope Garzia de Caſtro, Peruanæ Americæ tum temporis Gubernator ipſique ſanguine junctus miſerat.

66. Plu-

65. Plures ſunt interceptæ inter gr. 7. & 12. latitudinis auſtralis teſte Antonio Herrera in libro de Orbe novo. cap. 27. (Conf. omnino Ricciol. Geogr. reform. L. 3. c. 18. pag. 82. b.) ex quibus præcipuas eſſe perhibent *Guadalcanal* omnium maximam, *S. Iſabellæ, S. Georgii, S. Marci, S. Nicolai, Arracifes, S. Hieronymi, Buenaviſta, S. Dimæ, Floridam, de Romos Malayta, Arreguada, trium Mariarum, S. Iohannis, S. Iacobi, S. Chriſtophori, S. Annæ, S. Catharinæ, Nombre de Dios. Ex hiſce S. Marci, Arracifes. S. Nicolai & Quadalcanal* quaſi nondum penitus circumnavigatæ in Hiſpanorum tabulis depingebantur. Quæ res Henr. à Langeren in Tab. ſua figmento locum dedit, eſſe videlicet tria illa loca oras terræ illius auſtralis à P. Ferdinando de Quir luſtratæ. Unde Orieutali litori terræ *Quadalcanal* adſcripſit *Porto vera Cruz, I. S. Iago, B. de S. Philippo*, quorum locorum in ſua relatione meminit Capitaneus. Sed forte rectius Carpentariam aut potius Hollandiam novam à F. de Quir luſtratam fuiſſe quis affirmaverit cum P. Bertio Tab. contract. Geogr. pag. 84. Nam regiones quas ad gr. latit. auſtr. 15. eâdemq; fere cum *Ternata & Bachian* Moluccarum inſulis longitudine (vix enim aliter quis interpretari poterit verba relationis iſta: *Fieriq; poteſt, ut naſcantur & Caryophilla, cum tot alia inveniantur aromata, eo magis, quod hæ terræ parum abeſt, quin parallelæ ſint regionibus Terrenate atq; Bachian,*) accuratius inſpexerat, fuſiſſimas eſſe affirmat, quarum pars usque ad Circulum æquinoctialem pertingeret, quæ certius de Hollandia cum Carpentaria & Nova Quinea quis dixerit, quam de inſulis Salomonis.

66. Cæterum F. de Quir regi ſuo terram auſtralem, qualem circa 15. gr. lat. ſolicite ſatis deprehenderat, erecto ibi ſigno crucis, temploque exſtructo in honorem Divæ Virginis Lauretanæ, & ſacris ritu Pontificiorum peractis; fixis etiam vexillis tribus, in quibus columnæ geminæ cum ſignis Hiſpanicis, omnibus ferè nominib⁹ comendat, longeque præfert Hiſpaniæ. Et quidem *ſolum*, inquit, *furvum eſt, pingue, fœcundum, argilla excoquendis lateribus ad ædificiorum uſum ſufficiens: ſed neq; lapides vivi deſunt ex rupibus, neq; marmora. Lignorum vero ingens proventus. Campi patentes atq; interſecantibus fluminibus irrigui; quorum ripas Cannæ*

veſtiunt Craſsiores. Sinus quem á Sancto Hiſpaniæ noſtræ Tutelari & glorioſo Regiæ Majeſtatis nomine vocavimus Jacobi & Philippi viginti atque amplius leucas patet, fidam tutamque interdiu noctuque intrantibus ſtationem præbens: in cujus litore pagos frequentiores eſſe conſtat, non ex eo tantum, quod ipſi aliquot per ambulavimus, ſed quod eminus interdiu fumos, noctu ignes conſpeximus ab incolis excitatos jucundo aliquo ſpectaculo, & ad uſum quoq; idoneo. Portus cui nomen dedimus Veræ Crucis tam laxus eſt, ut vel mille naves capiat: fundus ei illimis, arena ſubnigra intercurrentibus calculis. Portum illum faciunt duo flumina quorum alter ipſum etiam Bætim magnitudine ſuperat. Litus utrinq; ſubducendis navibus, & ſi uſus exigat, reficiendis aptum eſt, herboſum, arboribus nativis frondens. Occurrunt quoque hic illic ſalinæ. Aer temperatus eſt, ut quamdiu illic conſedimus, neminem ſociorum ullus morbus invaſerit, licet pleriq; labore & ſudore maderent, aquam biberent, herbas, quas terra, piſces, quas fluvii, aves quas aer benignè ſuppeditabat, promiſcue ederent, nec vitarent lunæ aut ſolis ſpicula, nocturnisque temporibus ſub dio etiam cubarent: exemplo indigenarum, quos illud ſine valetudinis periculo factitare vidimus. Panes habent non unius generis, quos ex radicibus conficiunt ſponte ſua naſcentibus: platanos quoque & amygdalos & nuces: mala item medica, citrea, aurea. Arundinum ſaccari ſuccum gignentium ingens ibi copia. Palmarum ibi genus eſt præaltū, cujus uſus varius; ex læſo cortice ſtillat liquor, qui initio ſeri, poſtea vini, deniq; aceti ſaporem habet: nuces carduorum vicem referunt, nucleorum medulla virens cremorem lactis imitatur; ſi maturuerit, manditur loco cibi, arefacta oleum præbet lychnis aptum, & vulneribus

ſanan-

ſanandis perquam idoneum. Ex cortice exteriori lagenulas concinnat: interior materiam ſuppeditat ſtipandis navium commiſſuris, rudentibus, veſtibus, funibus faciendis: ex ramis & trunco arboris faciunt tabulas, haſtas, remos: ex frondibus ſtoreas, vela, mattas. Aromatum quoque habent exquiſita genera, nucem myriſticam, zingiber, piper, maſtichen, cinnamomum. Ex metallis argentum, & ſi fides eſt aliis, aurum. Neq; carnium ipſis deeſt copia ex porcis, quos habent frequentes, capris, vaccis, gallinis, perdicibus, anatibus, turturibus, columbis: nec piſces deſunt fluviatiles atque marini varii generis. Apes viſæ mellis ac ceræ ſunt argumenta. Deniq; regiones eæ habitantur varie & multis diverſisque populis incoluntur, quorum alii candidi ſunt, alii fuſci, alii mellini: capilli iis nigri, flavi, longi, fluentes, quibusdam criſpi, villoſi, rari. Miſcentur enim populi neque ſeorſim habitant ſine ullo commercio, ſed junguntur inter ſe, & tum matrimoniis ſociantur, tum rerum neceſſariarum exportatione atq; advectione. Nullas habent machinas bellicas & licet in factiones varie dividantur, tamen non armantur, niſi arcu, ſagittis, clava, fuſte, telis ligneis miſſilibus; veneno autem prorſus non utuntur. Velantur ipſis inguina: tractabiles ſunt, dociles, munditiei ſtudioſi, & benefactoribus grati. Ædes habent ligneas, palmarum frondibus contextas. Vaſa pleraque fictilia: etiam textrinæ gnari. Sed & retibus utuntur: ex marmore faciunt menſas, ſcabella, Ex ligno etiam ſcaphæ & lintres, certo indicio ſunt vicina ipſis navigari: ex conchis margaritas gignentibus parant cuneos, ſcalpra, ſerras, ligones, ſphærulas quoque & periapta quæ collo alligant.

Ex hiſce ita concludit: *litora illa, quæ luſtravimus, indicio nobis ſunt, quid ex interioribus partibus expectare debeamus.*

mus. Neq; vero nos cuncta perveſtigando emenſi ſumus, cum neq; locorum id paſſa fuerit amplitudo, neque morbus permiſerit, & ut cætera omnia ſecunda fuerint, tempus (menſtruum ſcilicet) *me talia tentantem deſtituerit. Quod ſi regiones ab æquatore ſeptentrionem verſus diſtantes gradibus quindecim luxuriant omnium rerum beata copia, non poſſunt eæ, quæ pari intervallo auſtrum verſus ab Æquatore diſſident iis eſſe feliciores.* Tandem monet, cum regiones ab ipſo Capitaneo luſtratæ ad 15. gr. lat. auſtr. ſint Hiſpania meliores, terras in Zona temperata auſtrali ejusdem cum Hiſpania latitudinis paradiſi inſtar fore. Tantum de Terra F. de Quir.

67. Occurrunt porro in reditu ad Magellanicam Inſulæ Jacobi le Maire cum aliis interjectis, Nova Zelandia, & terra ab Hiſpano quodam à Claſſe disjecto viſa.

68. Inſulæ à Jacobo le Maire detectæ ſunt Hornanæ duæ, *Hoornſche Eylanden*, ſic dictæ ab Horna Hollandiæ oppido, quo Jacobus le Maire & Wilhelmus Cornelii Schoutten, duces hujus itineris, habitabant, quorumq; navis Concordiæ nomen freto, quod multa opera ibi trajiciebant, inditum: Inſula Bonæ ſpei, *Eylandt van goede hoope*, ubi ſe dulces aquas & alimenta nacturos ſperabant, ſed fruſtra: Inſula proditorum, *Verraders Eylandt*, ubi incolæ per inſidias navem occupare conabantur: Inſula nucum Indicarum, *Cocos Eyland*, quibus inſula abundat ſita ad lat. auſtr. 16. gr. 10. m. Inſula muſcarum, *Vligen Eyland*, ob muſcarum & Culicum copiam fere inacceſſa: Aquarum Inſula, *Waterlandt*, ubi dulcem aquam hauriebant, cujus lat. auſtr. eſt 14. gr. 46. m. Inſula imenſæ maris profunditatis, *Eyland ſonder gront*, ubi anchoras figere ob immenſam profunditatem non licuit, ad latitudinem ſc. auſtr. 15. & 15. & Inſula canum *Honden Eylandt*, in qua tres canes tantummodo offendebant, & quidem mutos. Vicinæ hiſce Inſulis ſunt *Pr. Willemſen Eyland Eyl. Rotterdam, Eyl. Amſterdam, Eyl. Middelburgh, Pylſterts Eyl. I. de los Tubarones* & minor proxima Magellani duæ infortunatæ dictæ ſunt, quod nec homines, nec alimenta habebant, ubi tamen piſcatio ſatis commoda, & *I. de S. Pedro.*

69. Terra

69. Terra longe auſtralior eſt Zeelandia nova, in Tab. Viſcheri majori omiſſa; in minori vero intercepta inter 188. & 194. gr longitudinis, & inter 35. & 44. lat. auſtralis, quæ nondum omnino circum navigata eſt. Cognovere in ora occidentali promontorium aliquod. *Cap. Maria van Diemen*, quod obtendit inſulam vicinum trium regum, *t' Eylandt dri Coningen*; *Abel Taſmans Rede*, & *Clippige baeck*, inter quæ duo poſteriora loca intercipitur ſinus Latronum, *Mordenars bay*.

69. Hac longe remotiores verſus Auſtrum regiones apparuiſſe Hiſpano cuidam, cum disjectus à Claſſe in Oceano auſtrali vagaretur, apparuiſſe perhibent, *Tierra viſta por po. Sarmento Spanhol.* Exhibet præter alias Henr. à Langeren in Tab. ſua majori hanc cum reliquis verſus Magellanicam pergentibus: *Tierra viſta de Lexos*, *Tierra Hermoſa*, Lagunas de Canoas, de quibus vero nil certi nobis definendum.

70. Plus adhuc terrarum auſtralium detegendum reſtare, haud eſſe puto, qui ambigat. Quod ut fieret, commune hactenus multis cum P. F. de Quir votum fuit. Jam dudum P. Bertius Tab. contract. p. 87. conqueſtus, *Cætera inquit*, (terræ ſc. auſtralis) *adhuc ſive noſtrorum hominum ſocordia, ſive animis in res alias occupatis, denſo caliginis peplo tecta ignorantur. Quo circa excitanda mihi videtur acuendaque Regum, Principum, ac Rerumpublicarum orbis Chriſtiani induſtria, ut ad has terras luſtrandas operam conferant, nunquam collaturi, niſi cum ingenti fructu & certa nominis immortalitate. Neq; eſt, quod eos difficultas deterreat: ingentis enim lucri certa ſpes hoc tædium diluet. Et quanto majora difficilioraq; aggreſſi ſunt iidem nullo ſuo compendio? quam pertinaci ſtudio tentarunt ſæpius oras ſeptentrionales, & damnata frigoribus loca, cum hic omnia ſint læta, ac beata, quæq; curioſos homines ad ſe etiam invitent? Beach regnum vix* 15. *gradu diſtat ab æquatore; eodem auſtrum verſus intervallo quo verſus ſeptentrionem inſulæ Philippinæ; Quid cauſa eſt, cur has multi petant, illud*

lud nemo? Lucach tropico ipſo Capricorni ſubjectum eſt; ſicut tropico cancri Numidia. Nulla non pars hujus terræ prominet ultra circulum antarcticum, cum in ſeptentrionalibus etiam usq; ad gradum 70. noſtrorum hominum perruperit curioſitas. Hornius infine Orbis imperantis, *non ſemel*, inquit, *ſocietas Indiæ orientalis deliberavit de expeditione in orbem illum incognitum ſuſcipienda: ſed hactenus res intra voluntatem ac conatum ſtetit.* Sed forte

-- -- -- -- venient annis
Secula ſeris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat Tellus Tiphysq; novus
Deteget orbis, nec ſit terris
-- -- -- Ultima Thule.

Atque hæc ſunt, quæ (pace tamen meliora docentis) de hoc themate conſcribere voluimus. Sufficit in tanta difficultate

aliqua prodire tenus, ſi non datur ultra.

Ad Præſtantiſſimum Dn. Schuſterum, de Terra Auſtrali diſputantem!

QUis, *Schuſtere*, neget ſtudiis procedere multum
Qui vel ad auſtralem novit adire plagam?
Et quis, *Amice*, neget te proceſſiſſe ſub auſtrum,
Hactenus ignoti clauſtra remota poli?
Faxit, ut hoc ſit iter felix & ſidere fauſto
Cœptum, qui novit cuncta beare Deus.

Votum
Baltaſaris Bebelii, D. & PP.

Cum

Cum ſit, ceu perhibent, ignoti nulla cupido;
Qui fit, quòd cupitis non loca nota loqui?
Scilicet ingenij, ſtudiiq;, ut cognita fiat,
Virtus, quæ nobis clauſa, recluſa dedit.
Ardua res, pedibus peregrinas quærere terras,
Et novas non aliis viſa, apcrire loca.
Sed nec parva artis, cùm mentis acumine terras
Longius abſtruſas penna magiſtra refert.
Quæ theſium laus eſt veſtrarum, incognita nobis
Quæ reddunt docto nota labore loca.
Gratulor his ſtudiis; auſis Deus annuat iſtis:
Optato eventu quò bene cœpta cadant.

εὐφημίας ἕνεκα ſcribebat

Baltaſar Scheid, Theol. D.
L. L. Orient. Prof.

Virgilius bojus cùm Presbyter, Aſtronomusque,
Diceret: Antipodas certò eſſe; effata negavit
Winfridus (Popa quem Tarpejus miſit, ut eſſet
Bavariæ, immerſæ tenebris gentilibus, ardens
Lumen) & auditum Præconem crimine falſi
Preſſit: eum, dicens, alios orbes, hominesque,
Aſtraque ſcrutari: juſſit quoque, dicta recantet.
Poſt varios actus Romam rem ſcribit, & orat
Judicium: quod iners hæc Virgiliana revulſit
Senſa. Dari ſed conſtat: at hoc jam quæritur: utrum
Terra latens Auſtri, punctique antarctici amica
Agnoſcat cives? Dubium ſed hoc hæcce papyrus,
Quam cernis, Lector, delectatura reſolvet.

Avent. Chron. Bav. l. 3. p. m. 319. b. 320. a. Oſiand. Eccl. cent. 8. l. 2. c 3. p. m. 118.

Autori grator de Donis: augeat illa,
Qui dedit, ut Patriæ felix inſerviat olim.

Ita

Literatiſſimo Domino Cognato
ὁλοψύχως acclamat

M. Michael Schuſter/
Haubersbrunnæ Paſtor.

MICHAEL SCHUSTERUS, PHILOSOPHIÆ STUDIOSUS INDUSTRIUS, COGNATUS PERDILECTUS.

κατ᾽ ἀνάγραμμα

Hinc cole, Muſis per-ingens Roſa eſt Campô, mille modis hujus uſus guſtû, ſi petis hanc thus reddit.

Ἐπίγραμμα.

PUlpita Doctorum quis ſcandat, Mens mea cautè
Pervideas, Species illa Parentis erit.
Illa Parentis erit doctâ virtute relucens,
Ut reſonant liquidos *Nomen Omenque* ſonos.
En hos quam referunt Famam per limina terræ
Ultima, & ad Summi *Numina Diva* Poli.
HINC COLE nunc hîc quemque colunt Charitesque Sophique,
Et Pater emeritus Mater & hunc adamat.
Ut taceam Celebres SCHUSTERI ſemper Amicos
Qui ipſius è cœptis proſpera quæque putant.
EST etenim ROSA Doctrinæ quâ purpura Veris
In foliis redolet, ore manuque ſuis.
EST ROSA quam CAMPô MUSIS Minerva Cathedra
Siſtit, ut ad ſolidum dogmata ſcripta probet.

Quæ

Quæ ROSA non tantùm ſplendens, ſed odore PERINGENS
Robur habet præſtans inſcitiæ antidotum.
MILLE MODIS HUJUS lepidos tunc ederit USUS
Dum variô GUSTû docta loquela ſapit.
Quid dicam, SCHUSTER Roſa, non, ſed grande Roſetum
Sudabit ſuccum pectore mirificum.
Quo Pater ac Mater ſentiſcant nuntia læta
Patria, Cognati, jubila magna ſonent.
SI PETIS HANC mea mens audi tunc nonne Roſetum
Atque Roſam flagras, ſic tibi ſtirps ſupereſt.
Si petis hanc ſtirpem, ſplendorem non & odorem
Tantum, ſed REDDIT THUS, Sophiæ variæ.
Quod precor ex animo DEUS ut præſensque futurum
Dirigat intentum ſemper ad omne bonum.

Teſtandi amoris ergo
erga Domiuum Cognatum meum
Pereximium apponebam

Johannes Müllerus, S. S. Th. St.
Lindavienſis.

In diſputationem Geographicam

Pereximi doctiſſimique Domini Schuſteri.

TErrarum tractus, ſpatioſaque mœnia mundi
Quantum eſt ingenio ſuppoſuiſſe ſuo;
Tantum erit hoc doctis ſpecimen Schuſtere, *quod illa*
Te docet ingenio ſuppoſuiſſe Tuo.

f.

Johannes Bœclerus,
Argent.

Pereximio, ac Doctiſſimo Dn. Reſpondenti, ſummos Philoſophiæ honores ambienti,
Cognato ſuo Dilectiſſimo.

SIccine Pieridum veneranda cacumina quæris,
Siccine per Notium tendis ad illa polum?
Graja tibi Tellus Heliconia culmina, Graja,
Non ea quâ medio Sol calet orbe, dabit.
Scilicet hoc ſcriptum, quo nil præclarius, ipſas
Sede movet Muſas, hîcque Helicona ſtruit.

gratulari hiſce nititur
Jeremias Neuthard,
Memmingenſis.

SUtori vitio temeratus vertitur auſus,
Velle ultra crepidam pergere judicio.
SUTORI at noſtro, quod acutum mentis acumen
Exerit, & laudi cedit, honorq́; manet.

Literatiſſimo Domino Reſpondenti, Amico ſingulariter dilecto, feſtinanti calamo gratul. deproperabat
Johann. Rodach,
Campidonenſis Algoius.

J 669
R349d